

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Coriorum, per instrumenta subtilissima, numerationes putans eâ esse certitudine & subtilitate, qua ab authore prædicarentur; Cælum enim (quod prius æquè ac instrumenta mensurâ huius anguli visorii feceramus) in multo plures particulas diuidi posse, easque notabili planè magnitudine, de quibus astronomum post omnem instrumentorum subtilitatem etiamnum dubitare necesse sit. Atqui dissimulauit callidus artis obrectator, hunc stellarum situm causâ superficiiei, hasque distantias, has altitudines, & quocumque nomine alio veniunt, non institui ob res seu stellas ipsas primariò, quarum inter centra huiusmodi arcus non intersunt, sed ob visum nostrum; totumque hoc negocium in astronomia opticis rationibus niti: ac proinde stultum esse, aliam subtilitatem, quàm quæ visu præstari possit, affectare velle; superbum verò & barbarum, hanc visoriam, quæ nobis ad veritatem primus est aditus, reiicere. Non profitetur itaque neque Tycho, neque quisquam sanus, se ad eò leui operâ genuinas & verissimas siderum distantias, situsque in mundi diametro, per hos instrumentorum arcus pandere: sed hoc profitetur; se visus in videndo subtilitatem, arithmetica visorii arcus dinumeratione, geometricaque diuisione imitari, viamque struere per has distantias visorias, ad verissimos situs siderum in diametro mundi indagandas. Atque hæc opportunè de situ stellarum, causâ superficiiei vel anguli visorii, in gratiam rudiorum repetijse, digitoque monstrasse sufficiat.

2. *De altitudine siderum à centro terræ, & parallaxi ob distantiam oculorum.*

Sequitur, vt de situ stellarum causâ diametri mundi dicam, eodem tramite pergens; vt qua in parte noui quid eruditis proponere non possum, populariter eruditos pro viribus adiuuem, quantum instituta breuitas patitur. Incipiam à notissimis, exorsus ab iis, quæ capiti tertio & quinto præmissa sunt. Natura binos animalibus dedit oculos, non tantùm, vt vulgo creditur, in subsidium iacturæ, si quam alterius oculi facturum fuisset ani-